

quod vbi introspexeris, cum Euangelicis doctrinis nihil habet
55 commune.

Tu macte ingenio, Erasme, theologiae maxime antistes, tuorum laborum pensum, vt facere soles, nunquam intermitte; plane enim persuasum est omnibus eruditis ad infelicia monstra conficienda te natum esse Herculem. Nemo ex hoc fastigio te deiicit, quando tua
60 omnia Christum Deum opt. max. feliciter spirant. Salutat te frater meus Antonius tibi addictissimus, qui nunc Spirensis Ecclesiae Suffraganeum agit Episcopum. Vale, optime Erasme.

Ex Friburgo Brisgoico. Nono Calen. Iunias. Anno. M.D.XX.

1106₁₁₀₇ FROM THOMAS MORE.

Epistolae selectae, 1520, f°. M² (a).

Canterbury.

F. p. 520: HN: Lond. xiii. 37: LB. 433.

26 May (1520).

[For the earliest source see App. 12, in vol. iii. The year-date is easily assigned from the public events mentioned.]

THOMAS MORVS ERASMO S. D.

De pueru cuius causam commendasti mihi, iam ante cum patre eius egeram quam tu scrisisti. Rogarat enim pridem me per literas puer ipse, quod sibi persuaserat apud illum meam sententiam momenti aliquid ac ponderis habituram. Tractavi rem diligenter; 5 quid profecerim haud satis certo scio. Respondit mihi pater eius non

1106. TIT. THOMAS add. F. D. a H: P. F.

1105. 61. Antonius] Engelbrecht († c. 1556-7) of Engen, after studying at Leipzig c. 1503 and taking orders, matriculated at Basle in the summer of 1517. In 1520, being 'baccalaureus formatus' in Theology, he was nominated Suffragan Bp. of Spires, with the title of Bp. of Termopoli; and therewith parish-priest of Bruchsal. About 1524 his Bp. sought to remove him, for sympathy with the new movement for reform; but his parishioners petitioned that he might remain. In April 1525, during the Peasants' Revolt, he fled from Spires with the Bp., but was invited to return (Bl. E. 93). He settled, however, at Strasburg, as preacher at St. Stephen's, and in Sept. 1526 his bpric. was given to another. He became more and more advanced in his views, and married c. Nov. 1533 (Bl. E. 377, 396). But before long the Strasburg Reformers found him an open enemy of their Church, and expelled him from his position; though to the profound regret of the citizens (see a letter printed by A. Hegler in his *Beitr. z. Gesch. d. Mystik in d. Reformationszeit*, 1906, p. 34). By 1536 he had

returned to the Catholic side, and settled in Cologne; but in 1542 he was still on friendly terms with T. Blaurer and Hubert.

See F. X. Remling, *Gesch. d. Bischöfe zu Speyer*, ii (1854), pp. 250, 1; and *Urkundenbuch*, ii (1853), pp. 496-8; also Bl. E. and VE. 758. A specimen of his handwriting is given by J. Ficker and O. Winckelmann, *Handschriftenproben des sechzehnten Jahrhunderts nach Strassburger Originale*, ii, 1905, pl. 54.

1106. i. pueru] Perhaps Ant. of Bergen, the younger (Epp. 760, 969; cf. Ep. 737, 3); the description of whom in Epp. 717. 22-3, 1025. 9-16, agrees with that here. There is no letter to More in the packet which he carried to England in Nov. 1519 (Epp. 1025 etc.); but Erasmus' commendation to More may have been in connexion with Antony's return to England in 1520. Antony perhaps wrote then to More (ll. 2-3), as he had written to Wolsey (Brewer iii. 598).

patre] On the above identification this would be John of Bergen (cf. Ep. 737 introd.), whom More would have had many opportunities to meet.

omnino duriter; et tamen (vt noui hominem ad rem attentum) opinor respondisse tam commode, magis pudore quodam aduersandi mihi quam quod ex animi sui sententia loqueretur. Summa erat, de filio se usurum consilio meo; sed interim non obscure significabat eum se nummatum malle quam literatum. At puerum ipsum sic 10 animatum video, vt non rem paternam tantum, sed ipsum etiam patrem citius relicturus sit quam se diuelli patiatur a literis; nimirum dignus cuius indolem talem foueant omnes atque omni ope pro-
moueant.

Louaniensem illum scholasticum ita collocaui vt non dubitem quin 15 tibi perpetuo sit habiturus gratias. Eruditio eius perplacet hero; qui quum audiuisset eum mihi commendatum abs te, rogauit vltro vti iuuenem ipsi permitterem: qua in re ego non grauatum illi sum gratificatus, vtpote quod alioqui destinaueram petere. Nam apud me pluribus ministris non vacabat locus. 20

Is dum primis illis diebus esset apud me, ostendit mihi opera quaedam Lodouici Viuis, quibus neque magis elegans neque magis eruditum quicquam iam diu vidi. Quotum enim quemque reperias, imo adeo quem vnum ferme reperias vsquam, qui tam virente aetate (nam tu eum virente etiamnum aetate scribis esse) tam 25 absolutum ciclopedias orbem absulerit? Pudet me profecto, mi Erasme, mei meique similium, qui vno aut altero libellulo, eoque fere incepto, venditamus nos, cum Viuem respicio tam iuuenem tam multa, tam excussa, tam diserti sermonis, tam abstrusae lectionis aedidisse. Magna res est linguarum alterutra pollere; ille se probat 30 vtraque peritissimum. Maius quiddam ac fructuosius praeclaris imbutum esse disciplinis; at quis vno Viue se ostendit aut pluribus instructum aut melioribus? Multo vero maximum est sic bonas artes imbibisse discendo, vt in alias easdem possis rursus docendo transfundere; at quis illo docet apertius, dulcius, efficacius? Non 35 possum satis admirari virtutes illas quas in Declamationibus eius tu et acute perspexisti et expressisti luculenter; potissimum vero (quod in declamando potissimum est) non modo illorum hystorias temporum tam exprompta memoria complecti quam non quiuis suarum rerum meminit, verum hominum tot olim saeculis functorum fato 40 affectus tam praesentes induisse, vt non e libris hausisse quae declamat, sed vidisse, sensisse, in parte fuisse rerum vel prospere vel secus cadentium videatur: consilia denique non ex aliena conditione languide, sed feruenter admodum ex suo ipse metu, spe, periculo, foelicitate metiri. Quod si in alterutra tantum parte praestaret, esset 45 tamen admiratione dignum. Nunc vero talem se probat in vtraque vt chameleon putes, verso solo simul mutasse colorem.

Vtinam expergiscantur, Erasme, atque ad istud Viuis exemplar componant sese quidam qui nimium ambitiose volunt haberi pro

26. cyclopedias *F Corrig.*: cyclopædias *N.* 38. historias *F Corrig.* 45.
foelicitatē *F*: felicitatem *H.* 46. probat *a*, cf. l. 30: prebet *F.* 47. cha-
maeleonta *F Corrig.*

15. scholasticum] On the same sup-
position this would be Adr. Aelius
Barland; see Epp. 760, 14n, 1028. 10-11.

16. hero] I have no clue.

21. opera] The *Declamationes Sylanae*;
see Ep. 1082.

25. scribis] Ep. 1082. 53-4.

37. expressisti] Ep. 1082. 24-56.

50 disertis! idque eo magis titulo quod alia omnia contemnunt, quam quod vel assequantur vel rite consequantur eloquentiam, vt pote qui ne per somnium quidem concipient vilam rhetorices imaginem. Hi cum coeteras artes negligant, quoniam studiorum nomine cohonestari postulant? Oratorem profecto vel rhetorem nemo iure vocabit eum
 55 qui neque veras agat causas neque declamat fictas. Quin poeta per quam tenuis fuerit atque exanguis, cuius poema nullis philosophiae monitis, nullis rhetorum praexceptis, nullis disserendi exercitamentis formetur. Viues quum in rhetorica tales se praestiterit qualem haud ferme iam quisquam qui nihil profitetur aliud, tamen caetera-
 60 rum artium omnium quae quidem dignae sunt scitu, nullam reliquit, in qua non ita versatus est, vt in ea sola aetatem omnem contriuisses censeas.

Itaque vt nihil est illius quod non mirum in modum delectet omnes, ita me profecto quae scripsit in *Pseudodialecticos* peculiari
 65 quadam voluptate perfundunt: non ideo tantum (quanquam ideo quoque) quod illas ineptas argutias lepidis cauillis eludit, validis argumentis oppugnat, ineuitabili ratione a fundamentis eruit atque subuertit, sed et praeterea quod ibi video quaedam iisdem fere tractata rationibus, quas et ipse mecum olim, quum nihil adhuc Viuis
 70 legisset, collegeram. Quae mihi nunc non eo nomine placent in libello Viuis, quod meae rationes ante arriserint mihi (solet enim placere, si quid afferre alias videmus quod nobis ante in mentem venerat) sed quod mihi plundo quando quod ante suspectum habueram ne parum apte diceretur, nunc confirmor haud inscitum esse, post-
 75 quam Viui quoque video placuisse. Iam illud me capit ac delectat maxime, quod quum videam idem argumentum vtrique nostrum animum et cogitationem occupasse, tum sic vtrique tractatum, vt quanquam et fusius ab illo et elegantius, tamen in nonnullis non tantum res easdem afferamus, sed propemodum eadem etiam verba,
 80 sic mihi libenter blandior, quasi cognati quippiam syderis animos inter sese nostros occulta quapiam vi et conspiratione conciliet.

Hoc illi gratulor quod tantum habet locum apud reuerendissimum Cardinalem suum. Spero fore vt illius numinis fauor iniquitatem fortunae corrigat; quae solet in eos esse pessima quicunque merentur
 85 optima, et tanquam litteris ac virtutibus inuidens, indoctos fere atque improbos beneficiis suis euehere. Verum Cardinalis (cui beandi quemuis tam facilis fere quam ipsi fortunae facultas est) homini tali, quem inter penitissimos adscivit, cui tantum eruditionis eximiae (qua nunc haud paulo clarior quam ipso dignitatis fulgore splendet)
 90 acceptum fert, non insigniter esse beneficus neque pro insigni sua bonitate volet, neque sine insigni apud posteros quoque traductione potest.

51. a H: consequentur F. 54. H: vocabat a. 71. F: solent a. 72. afferre alias H: afferat alius a. 82. reuerendissimum om. H. 86. euehere F: inuehere a. 89. splendet H: splendore a.

64. in *Pseudodialecticos*] See Ep. 1108. 7n.

69. ipse mecum olim] More was doubtless thinking of such passages as that in the *Vtopia* (pp. 61-3, ed. Froben, March 1518), where he speaks dis-

paragingly of the scholastic philosophy. Cf. also LB. App. 513, 1897 D-99 C, and his letter of 29 March (1518) to Oxford University (Jortin ii. 662-7).

83. Cardinalem] Wm. Croy; see Ep. 647 introd., and cf. Ep. 1108. 1.

Vale, mi Erasme charissime; quem ego spero fore ut Caleti prope-
diem praesens praesentem in hoc Regum congressu complectar.
Hodie appellit Imperator. Cras summo mane Rex in occursum 95
prodibit, imo fortassis hac ipsa nocte quae iam nunc appetit. Non
credas quanto gaudio, non dico Regis ac procerum, sed populi quoque,
sit acceptus nuncius per quem constabat Imperatorem hue appellere.
Iterum vale e Cantuaria pridie pentecostes.

Quiddam est, mi Erasme, de quo si mihi notus esset Viues, ad 100 monerem illum. Nunc quoniam haud certus sum quo animo accipe-
ret ab ignoto tam importunum officium, ipse potes per occasionem
submonere, esse in Aedibus legum atque item in eius Somnio (quod
alioqui multorum superat perugilatas vigilias) abstrusiora quaedam
quam vt pateant nisi doctissimis; quum fuerit in rem litterariam 105
vtile illius omnia quam plurimis intelligi. Ei rei vel explicando vel
adiectis in margine breuissimis scholiis facile mederi fuerit. Addet
item plurimum lucis Declamationibus, si breuibus historiae summam
complexus vel vna pagella preeponat.

Iterum vale. [Anno M.D.XIX.]

1106 1107. To THOMAS MORE.

Epistolae selectae, 1520, fo. M³ v^o. (a).

F. p. 522: HN: Lond. xiii. 38: LB. 496.

⟨Louvain.⟩

June 1520.

[It is easy to assign an approximate date from Ep. 1106, and the indication of Erasmus' illness (l. 13).]

ERASMVS ROTERODA. THOMAE MORO SVO S. D.

NAE ad istius exemplum peruersissimo iudicio videmus esse patrum vulgus. Corpori liberorum anxie prospiciunt, animi possessionibus neglectis: cum frustra, imo cum suo malo, possideant opes qui nesciunt vti. De puerō nec ago gratias, nec tu noui quicquam fecisti, cum nunquam non sis tui similis.

De Lodouici Viuis ingenio gaudeo meum calculum cum tuo consentire. Is vnum est de numero eorum qui nomen Erasmi sint obscuraturi. Nec aliis tamen aequae faueo, et te hoc nomine magis

1106. 108. *a F Corrig.* : *hystoriae F.* 109. *Anno M.D.XIX add. H.* 1107. 2.
animi a H: *animae F.* 3. *possideat F.* 4. *nesciat F.* 8. *aliis a:*
alii H. 5. *aeque a: om. F:* *magis F Corrig.*

1106. 93. Caleti] Henry crossed to Calais 31 May for the meeting with Francis at the Field of the Cloth of Gold, 7 June : see Brewer iii, pp. lxvii-lxxvi. At first his head-quarters were at Guines ; but on 25 June he moved into Calais to prepare for a meeting with Charles. On 10 July the Emperor arrived at Wael, where Henry met him. The night was spent at Gravelines, and next day they rode together into Calais.

On 14 July Charles set out for Bruges and Ghent, and Henry soon afterwards returned to England. For Erasmus' presence at Calais see p. 206.

95. Imperator] Cf. Ep. 1079. 9n.

103. *Aedibus legum*] One of the later items in the *Opuscula varia* (Ep. 1108. 7n).

Somnio] See Ep. 1108. 202n.

108. *Declamationibus*] See l. 21n.

1107. 8. *obscuraturi*] A favourite form